

B. N. II, 129.

470, 15

736

(X1880704)

h. n. 18

DEO CLEMENTER ANNUENTE

Exercitationem Juris Publici

De

S. Cæs. Maj. & Imperii

JUDICIO AULICO

Vom

Kaysersl. Reichs Hoff-Rath,

PRÆSIDE

Magnifico Academiae Pro-Rectore

DN. ERICO MAURITIO

Jcto, Facult. suæ Prof. Primario
& h. t. Decano.

Publico eruditorum examini

submitte

CAJUS RANTZOVIVS

Eqves Holsatus.

*Ad diem 15. Septembr. horis matutinis,
In Auditorio Jctorum.*



KILONI,

Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr. Anno 1666.



II. 129.



101

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
CHRISTIANO
ALBERTO,
EPISCOPATUS LUBECENSIS
POSTULATO COADJUTORI,
HÆREDI NORVEGIÆ,
DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMA-
RIÆ, ET DITHMARSIAE,
COMITI IN OLDENBURG ET DEL-
MENHORST &c.
PRINCIPI AC DOMINO
CLEMENTISSIMO





REVERENDISSIME ac SERE-
NISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.

Sisto ad pedes tuos, *MAXIME PRINCEPS*, exiguum munus, nec isto fastigio, nec fortuna tua, *DOMINE*, utinam saltem favore & benevolentia dignum. Quod si absque insigni illo in meliores literas affectu esset, quò orbi jam innotuisti, audaciam etiam interpretari aliquis poterat, quod obsequii argumentum esse volui. At isto quidem metu, *Tua, PRINCEPS OPTUME*, Clementia me facile liberat, cujus cum omnibus fidem argumentis certissimis, præcipue tamen Equestri in patria Ordini fecisti. Non commemoro nunc cetera, id saltem quam nulla satis ætas dignis laudibus celebrare idonea est, quod constitutâ *Academia*, felicitatem ejus insigniter auxisti, dum domi jam, & in natali solo, eruditionem non difficulter invenit, quam tantis impensis alibi requirebat antea. Et quid decet ergo magis quam reapse ostendere non ingratis datum beneficium. Cum ipse aliud non possim

possim hæcenus, istâ ætate, quæ tria nondum lustra ab-
solvit, has primitias studiorum, sacro TUÆ SERENI-
TATIS Nomini dicatas volui, ut me quoque Interprete
indicium fiat aliis, memoriam istius beneficii omnibus
bonis fore immortalẽ. Accipe saltem, PRINCI-
PUM EXEMPLUM & DECUS, eo animo,
quo consuevisti, quæ humillimâ devotione Tibi sacra
nuncupat subjectissimus cliens. Ita ad majora mox ani-
mum adjiciet, summaq; ope annitetur, ut maturior ætas
SERENISSIMÆ DOMUI HOLSATICÆ manife-
stioribus documentis fidem & obsequium probet. Scrib.
Kilon. die X. Septembris Anni M DCLXVI.

Reverendissimæ Serenitati
Tuæ

humillimò obsequio
devotissimus

CAJUS RANTZOVIVS,
Eques Holsatus.



THES. I.



Iudiciorum in omni republica summa est & inevitabilis necessitas. Rectè Pomponius l. 2. §. 13. ff. de O. J. quantum est enim, ait, Jus in civitate esse, nisi sint, qui Jura regere possint: adde Novell. 161. in princ. Ebraeorum Jctis etiam inter septem illa præcepta, quibus non Israelitas solum, sed orbem univèrsum obstrictum existimant, quæque ipsis Jus mundi, & præcepta Filiorum Noachi appellantur, sextum est de Judiciis,

Menasseh Ben Israëlin *Conciliatore* cap. 7. Seldenus *de Synedriis veterum* lib. Ebraeorum lib. 1. cap. 2. & *de Jure Natura & Gentium* lib. 1. cap. 10. & passim.

II.

Non defuerunt quoque Germanis nostris sua jam inde ab antiquissimis temporibus judicia; quamvis eorum non eadem semper, sed multum diversa ab invicem pro Imperii & temporum ratione fuerit facies. Quam rem cum prolixè & doctè explicent jam clarissimi viri, Christophorus Lehmannus in *Chronico Spirensi* lib. 2. & Hermannus Conringius *Dissertatione de Germanici Imperii Judiciis*, nihil causæ est, cur ipsis jam pridem observata describamus; & vix est ut ex antiquitate addi aliquid possit, quod paulo majoris momenti videatur, ad eorum diligentiam. Hodie præcipua Germaniæ Judicia, unde controversiarum illastrum fata pendent, sunt tria, Judicium Aulicum, der Reichs Hoffrath / Judicium Camerale, das Kaysertliche Kammer-Gericht / & Judicium Rothvillense das Kaysertliche Hoff-Gericht zu Rothweil.

A

III, No

III.

Nobis in præsens de Judicio solum Aulico agere animus est. Est illud alias Senatus Imperii aulicus, vid. Meyer in *dissert. Historico Politica de veterum & hodiernorum Magistratum Jurisdictione* sect. 3 membro 1. post. 5. Aliis consilium aulicum Cæsaris vel Imperatoris, ut Linnæo libro 9. *Jurispubl. cap. 4. num. 1.* Frequenter *Judicium aulicum*: ita ipsum Instrumentum Pacis appellat. art. 5. §. 20. vers. *quoad Precessum*, aliquando *Aula Cæsarea* nomine venit: Capitulari Leopoldi Imp. art. 18. ibi eni *wede* ad Aulam Cæsaream oder aus *Käyserl. und des Reichs Cammergericht* zu Speyer / Germanis est *Reichs-Hoffrath* vid. *Reichs-Hoffraths Ord.* in princ. *Käyserl. Reichs-Hoffrath* tit. 1. ibid. in prin. Vocatur etiam *Jhr. May. höchstes Gericht* tit. 5. ejus. *Ordinat. §. 25.* Es sollen auch unser *Reichs Hoffrath*.

IV.

Ne cui tamen ambiguitas nominis imponat, id primum monemus, in Comitibus Imperialibus, quando Imperator iisdem interest, & de negotiis Imperii deliberationem suscipit, uti illum itidem Senatu quodam Imperiali aulico; sed is *Judicium propriè non est*, quod Consiliis plerumque de Legibus generalibus ferendis absolvatur, controversiæ autem ibi nullæ agitentur, & quæ eo deducuntur, de plano expediuntur, ut rectè monet Speidelius in *speculo variarum Jurisdictionum, Politicarum & Historicarum Observationum & notabilium* v. *Reichs-Hoffrath*. Cæterum hic Senatus multum differt à *Judicio* de quo agere constituimus, *Aulico*: licet etiam hoc, in comitiorum loco, auctoritatem suam sæpè exerat, Speidelius *dict. loco*. Sed nec Senatum octo Consiliariorum, quorum in Recessu Coloniensi anni 1512. mentio est, cum hoc *Judicio* rectè aliquis contulerit, quod facere videtur Hyppolitus à Lapide *de Rat. status part. 2. cap. 6. sect. 1. pag. 372.* Ut enim Consilio solum Imperio prodesse, non etiam Jurisdictionis exercitio, lecti erant, solumque in eo occupati, ut impedirent, ne Statuum aliqui ab Imperio avellerentur aut desciscerent; ut solveretur collecta Imperii dicta *der Gemeine Pfennig*: ut amica transactione nascentes controversiæ inter status componerentur, ut consilio suo & ope in controversiis, quæ Regi Galliæ & Pontifici cum Imperio intercedunt, adessent. Ultra hos fines progredi ipsis juramento veritum nefas erat, R. A. in *Cöllu de anno 1512. §. Nchmlich & seqq.* Imprimis

mis s. Joh N. Schwere. Sed nec duravit nisi ad Maximiliani fata usque,
aut ex ceteris hic Senatus. Describimus autem *Judicium hoc aulicum*
Collegium Judicis & Assessorum, in aula Cesarea de Causis Imperii jus
dicensium.

V.

Qui ante Ferdinandum I. aut Carolum V. *Judicium Aulicum*
fuisse negant, inter quos referendus etiam est Hypolithus à Lapide
deratione status part. 2. cap. 5. sect. pag. 387. & cap. 7. sect. 5. pag. 428. ii
vel malitiosè veros natales ejus dissimulant, vel ab Antiquitatis & Hi-
storiae imperitia vix absolvi possunt; quamvis id negari nequeat non
eandem semper fuisse *Judicii* hujus faciem. Videtur ejus origo prima
non absurdè deduci posse ab ipsis propè initiis Imperii Romani, quâ il-
lud *Reipublicæ* opponitur. Non patiuntur enim nos ignorare anti-
qua monumenta, Imperatores eo nomine in palatio prætorium habuisse,
in quo ipsi, sellæ curuli infideptes, circumstantium Consiliariorum
sententias rogarent, ac de causis cognoscerent, & consulentibus de
Jure responderent. Hoc illud est consilium principis cujus mentio
in princ. l. 30. ff. de excusatione tutorum alibi *Consistorium* vocatur
l. fin. C. de Officio diversorum Judicum & *consistorium sacrum l. 8.*
C. de LL. Nec aliter tempore Germanorum rem se habuisse Historia
Germanica omnis loquitur. Apud Goldastum legitur ordinatio Fri-
derici II. Imperatoris anni 1236. qua constituit, *daß der Hoffrichter*
alle Tag soll zu Gericht sitzen. Anno millesimo, trecentesimo, quadagesi-
mo secundo præsidebat ei Heidelbergæ Imperator Ludovicus Bava-
rus, Assessoribus Ruperto Seniore & Juniore Palatinis, aliisque Co-
mitibus, Baronibus, Equitibus & Nobilibus, quod patet ex diplo-
mate Hermanni Marchionis Badensis, quod inter documenta redi-
viva Monasteriorum in Ducatu Wurtembergico sitorum edidit autor
anonymus (qui tamen non alius est quam Christophorus Befoldus)
atque addit ibi Notator, causas breviter consuevisse tum exponi Im-
peratori, & quicumque circa illum erant Magnatibus, (qui magno
semper numero aulam Cesaream sequebantur) iisque sententiam su-
am dicentibus, tandem, secundum vota, quæ ipse saniora putabat, cau-
sam definire solitum: Quinimo ad Maximiliani I. tempora usque
nondum nato Camerali *Judicio*, ita in usu fuit, ut ad hoc solum ferè
causæ Imperii devolverentur. Nec, quod Hyppolythus à Lapide
cum

eum pluribus aliis ineptè existimant, deinceps Maximiliani I. tempore desit; quos nimis manifesti erroris arguit R. A. zu Cölln de anno 1512. §. Zum dritten ibi Nach dem täglich der Parthenen Handel und Sachen aus dem Reich an unsern Käyserl. Hoff wachsen. Hinc merito Ferdin. III. in præf. der Reichs Hoffraths Ordnung de hoc Judicio ait, daß solches zu Beforderung und Volnziehung der Werthen Berechtigkeitt und Regiments im Römischen Reich von unvordenclichen Jahren auffgericht. Auxit tamen illud nova Ordinatione vel Instructione, inque faciem hodierno ejus statui affinem redegit Ferdinandus I. quod monet d. l. Reichs Hoffraths Ordnung. Insonderheit aber/pergit ibi Imp. Ferd. III. Unser geehrter und lieber Ubranherr Käyser Ferdinand der Erste/ Christseeligster Gedächtniß aus ebenmäßigen Gedancken/ Seine Mayt. und Liebde obgemeldten Käyserl. Reichs Hoffrath auch ins künfftig mit einer vermehrten Instruction versehen.

VI.

Judicium hoc, licet vocetur Reichs Hoffrath/non tamen ratione causæ efficientis, aut quòd ab Imperio etiam dependeat, ita appellari, sed saltem quòd causæ, quæ ibi tractantur, Imperium & Principes sæpè concernant, communis ferè hætenus Doctorum est sententia. Et videtur juvare illorum opinionem, quod in nuper edita Ordinatio, Aulicæ tit. I. Imp. asserit de hoc Collegio: dessen Obristes Haupt und Richter allein wir und ein ieder Römischer Käyser selber ist/ & quod ex Juramenti formula, §. weßn denn allein uns &c. appareat Præsides & Consiliarios soli Imperatori, à quo solo eliguntur, esse vinculo hoc sacro adstrictos. Scimus quidem Wehnerum in observat. voce Hoff/ Thomam Michaelis in *concl. de Jurisdic. ib. 28.* & Philippum Knipschildt. *de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium lib. 2. c. 33. n. 19.* existimare, consilium hoc, ejusque Assessores Moguntino Electori tanquam Archicancellario Imperii Juramento adstringi. Sed id quidem erroneum esse & ordinatio docet, & experientia. Hætenus quoque soli Imperatores ordinationes huic Judicio præscripserunt. Cæterum an hodiè idem omnino asserendum sit, non immerito aliquis ambigat, postquam Instrumento Pacis Cæsareo-Svecico de Affessoribus Augustanæ Confessionis adsciscendis cautum, ac definitum, quod Processus ratio, qualem Camera sequendam injunxere Ordines Imperii, & ibi per omnia observanda sit, postquam remedium, ut vocatur suspen-

suspensivum, litigantibus concessum, ac visitatio à Moguntino ad eum modum, qui in Comitibus placuerit, præscripta, vide Instrumentum Pacis Casareo Svecicum art. 5. vers. 20. cui etiam Concellaria hujus Judicii juramentum præstare tenetur: cumque insuper Ordinario Judicii hujus anni 1654. ab omnibus Statibus ideo recepta nondum fuerit, weiln sie den Ständen nicht ordentlich Communicirt/nach dieselbe daro über in thren monitis vernommen worden / derowegen solche ordentlich dictirt und bey nechstbevorstehenden Reichstage davon weiter gehandelt werden soll. *Limnaustom. 2. addit. ad lib. 9. cap. 4. in fine*, & in monitis communibus ad Capitulationem exhibitis Electori Moguntino, 17. April. anni 1658. id quoque habeatur, ad art. 42. daß die Reichshoffraths Ordnung/auff gehaltenen Rath mit Churfürsten / Fürsten und Ständen/und nach derselben Gutbefriedung und Einwilligung zu verassen: quod repetunt monita his comitiis adhuc durantibus anno 1664. exhibita, quæ ad articulum 41. loco verborum/ die Neu aufgesetzte und von unsern Vorfahren Glorwürdigsten Andenkens approbirte Reichshoffraths Ordnung. Ita zwischen uns und Churfürsten und Stände vergliche/ inseri volunt: & adjiciunt deinceps, hieby aber wird præsupponirt, daß die Reichshoffraths Ordnung ohne fernern Vorschub bey teyligen Reichstage zum Stande gebracht werden soll / adde Knipschildt: *de Juribus & Privilegiis Civit. Imp. l. 2. cap. 33. n. 19.* Wehnerum *voc. Hoff. Michael. de Jurisd. lib. 28. Ubi judicium hoc Imperii Judicium, quamvis eâ ratione ex parte erronea, rectè tamen appellant.*

VII

Judicii hujus supremum Caput & Judex est ipse Imperator *R. S. D. tit. 1. in princip. ibi: dessen Oberstes Haupt und Richter wir allein/ und ein ieder Römischer Kayser selbst ist.* Præses, è Principum, Comitum, aut Baronum Imperii ordine, aliquis, *d. l.* Ejus est in judicio hoc proxima post Imperatorem dignitas, ejusque muneris est rogare Assessorum de propositis rebus sententias, formare decreta ex illorum votis, dirigere negotia Senatus, caverene quid decedat auctoritati & Juribus Judicii Aulici, & Assessorum. Si tamen Præses Imperii Princeps non sit, ac Imperator in Comitibus Principem Imperii adhibere velit consilio Aulico, ei superiorem locum, votorum collectionem, & ex majori votorum numero decernendi potestatem, relinquit, *di. tit. 1. §.* In solchen & §. Jedoch. Ipsius etiam est recipere Memorialia & Supplicationes pro decernendis Processibus *tit. 3.*

R. H. D. in Princ. quod an etiam possit Vice-Cancellarius, scimus anno 1654 disputatum inter Comitem Curtium tum Vice-Cancellarium, & Comitem Oetingensem Præsidem, illo hoc etiam sibi vindicante, negante altero. In ordinatione prima Judicii Aulici, quæ est Ferdinandi I. lata anno 1559. recipere, hujusmodi etiam scripta non potest solum, sed jubetur etiam Vice-Cancellarius, ibi: alle und tede verschlossene und offene schreiben/ Supplicationes, Brieff und dergleichen/ so an uns gestellet/ und uns nicht zu unsern Händen überantwortet werden / die soll und mag unser Vice-Canzler annehmen/ quod totidem verbis repetit Ordinatione Judicii Aulici Matthiæ Imp. cap. 4. in princ. Sed tum quidem monuerunt Status ad hæc verba: Supplicationes in Reichshoffrath gehörig / sollen ohne Mittel daselbsthin ohn Verzug eingegeben werden/ quod monitum sequitur Ordinatio novissima Judicii hujus Ferdinandi III. cap. 3. ubi disponit: die offene / und von obgemeldten Agenten und Procuratoren unterschriebene Memorabilia und Supplicationes, darinn umb Erkennung der processe gebeten / wie auch alle übrige zu den Gerichtlich schwebenden Processen gehörige producten, probationes, und documenta, in den Reichshoffrath durch den Thürhüter einzuliefern/ alles andere aber/ es seyn verschlossene Schreiben/ oder was keine gerichtliche Process anlanget/ soll unsern Reichshoff Vice-Canzler eingegeben werden. Si Præses absit, vel Vice-Præses, ipsius loco Præsidis munera expedit, vel Senior ex ordine Assessorum, ita ut initium fiat ab eo, qui in Equestri ordine primum locum obtinet d. tit. I. R. H. D. §. da aber solcher.

VIII.

Assessorum in Ordinatione Ferdinandi I. & Matthiæ Imperatoris nullus adhuc certus numerus exprimitur. Credibile autem est illud insigniter interdum actum, quod ea de re anno 1637. graviter conquesti sint Electores. Quæ causa fuit, ut tum quidem promiserit, quatuordecim Consiliariis, præter Præsidem & Vice præsidem constare illum deinceps debere. Verba declarationis Imperatoris sunt: Es hat erstlich ein Hochlöblich Churfürstlich Collegium erinnert / weiln wegen Menge der Personen die Umfrage viel Zeit erfordert / und der Unterhalt desto schwerlicher fällt/ die Anzahl der Reichshoff Råthe auff einen gewissen Numerum zu restringiren/ daß neben dem Præsidenten und Vice-Præsidenten/ derselbe durch zwölf Personen/ deren sechs zum wenigsten

ntigsten Adellichen Standes/ die übrige sechs Vornehme Rechts gelehr-
ten/ alle teutscher Nation / und derselben Sprachen wohl kündig bestellet
werden: da erklärten sich nun allerhöchstgedacht Käyser. Mayt. dahin /
daß si neben dem Praesidenten noch vierzehn andere Persohnen in fünffzig
zu Reichs Hoff Rätthen annehmen und bestellen wollen. Cæterum Ordi-
nat. Ferd. III. anni 1654. numerus ille ad 17. Assessores, non compu-
tato Praeside, extenditur tit. 1. §. Und dieweil. Wir haben uns gnädigst
resolvirt, daß hinführo letztermeltes Unser Reichs-Hoffraths mittel über
achtzehn Personen/ mit eingeschlossen des Reichs-HoffRaths Praesiden-
ten/ sich nicht erstrecken soll. Anno tamen 1663. die 24. Aprilis, quamvis
jam octodecim essent Consiliarii Aulici, tres adhuc Equestris Ordi-
nis, ad Jctum unum illis additum, & solenniter in locum Judicii à su-
premo Aulae Magistro inductos dubio vacat. Erant illi olim omnes
Pontificiae Religionis. Quod ipsum non potuit non Protestantibus
conquerendi causam præbere, quod iniquis sententiis se gravari
crederent odio Religionis. Conring. *de Germanici Imperii Judiciis th.*
100. Cæsar tamen pace Pragensi deinceps promisit, sed ea de re
annon adsumendi etiam essent Protestantium Religioni addicti? deli-
beraturum cum Statibus. Et videbatur assumendos etiam illos, quod
Judicium hoc à Camera, nisi in expresse exceptis, quantum possibile,
minimum discrepare deberet, cujus Ordinat. *part. 1. tit. 1. §.* und inson-
derheit/ traditur, quod, tam Augustanæ Confessionis quam ita dictæ Ca-
tholicæ addicti, ibi recipiantur; tum quod id congrueret Transactioni
Passaviensi, & conducere evitandæ omni suspitioni videretur. Equi-
bus rationibus etiam ante Instrumentum Pacis inter consiliarios Judi-
cii Imperialis Aulici eligendos Augustanæ confessionis addictos tuetur
Dn. Cancellarius Scutz. *vol. 2. Coll. de statu Rei Romanae disp. 2. th. 5.*
lit. b. & novimus Dn. Bidembachium Professore ante Tubingensem
deinceps Regis Daniæ in Aula Cæsarea Ministrum, in eum ordinem
allectum, licet Evangelicæ Religionis addictus esset, antequam Instru-
mentum Pacis componeretur. Mox instrumento Pacis Cæsareo Sue-
cico constitutum, aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum
Imperii peritos viros, ex iis imperii Circulis ubi vel sola Augustana
Confessio, vel simul etiam Catholica viget Religio adsciscendos, eo
quidem numero ut inveniende casu paritas judicantium ex utraque Reli-
gione Assessorum observari possit. Atque ut his pactis stare Imperator
in

in *Ordinat. Judicii Aulici de anno 1654.* §. wir wollen/promittit sex Assesores Augustinæ Confessionis se reliquis diversæ Religionis adjuncturum. Nec ignoramus Dn. Bonnum Cancellarium antehac Oldenburgicum, D. Scutzi juniorem, Professore[m] antea Gieffensem, Dn. Dietericum Consiliarium Darmstadinum, Dn. Wolfium à Totenwarth & Dn. Smidtbergum, omnes Augustinæ Confessionis addictos eò evocatos. Sunt quidem illi non eodem cum Catholicis in Judicio hoc numero. Si tamen inter status Imperii diversæ Religionis lis sit, aut si Catholicis cum Catholicis, tertio interveniente existente Augustinæ Confessionis, controversia, aut vice versa intercedat, selecti æquali numero utriusque Religionis Consilarii causas examinant, & definiunt, *tit. 1. R. H. D. §. wir wollen auch.* In cæteris Imperii negotiis, si Evangelici omnes in unam sententiam conveniant, diversæ Religionis Assesores oppositum tueantur, etsi Catholicorum plures, pauciores nostrorum sint, fictione tamen quadam pares habentur, eaque controversia ad Imperatorem defertur, ac ulteriori decisioni deinceps subjicitur. Quod si Catholicorum aliquis Evangelicis, authorum non nemo illis accedat, ejus partis majora habentur, cujus vota accessione illa augentur. Ista fictio tamen non satisfacit Autori der Grundfest pag. 270. Es wäre/ait, nöthig gewesen es dahin zu richten/dass vermöge angeregten Friedenschlusses/die Gleichheit von beeden Religionen / und nicht mentaliter, oder per fictionem quandam, nach der Römisch Catholischen Meynung / sondern realiter & quoad numerum Personarum eingeführet. Sed ille quidem hac in parte labitur, quod putet Instrumento Pacis constitui, tot esse debere Assesores Augustinæ Confessionis quot Catholicos, ut conferenti locum facile apparet.

IX.

Distingvuntur Consilarii Aulici in illos qui sunt Equestris Ordinis & Literatos. Unde diverso loco etiam confident; illi ad dextrū latus auf der Ritterbanck/hi ad sinistrum auff der Gelehrten Banck *R. H. D. tit. 1. §. die session der Reichshoffräthe* belangend. Atq; vota illorū interdū (in causis nempe stat⁹ & similibus in Staat Landes v. dergleichen sachen) eo ordine rogantur, ut sententiā suā primus dicat aliquis ex Equestris ordinis Consiliariis; in causis ad justitiā spectantibus autem, primæ sint partes ejus qui primum in ordine eruditorū tenet locum. Id quoque requiritur, lingvæ

tur ut Germani sunt omnes *Capit. Leopoldi art. 41.* in Germania educat,
lingvæ Germanicæ periti *R. H. D. tit. 1. in princ.* bonæ famæ ac bona
in Imperio possidentes, pro ratione status eorum, *tit. 1. R. H. D. in*
Princ. Cap. Leopoldi artic. 41. eâ rerum Germanicarum & Juris peri-
tiâ, ut referre ex actis idonei sint. Licet enim Ordinatio Matthiæ Im-
peratoris, cap. 3. §. Und soll die Austheilung/ Equestris ordinis Consilia-
rios ad relationes æqualiter cum reliquis non adstringat; secus tamen
hodie est. *Ordin Ferd. III. tit. 1. §.* Alle diese 18. Personen sollen im Reichs-
Hoff-Rath ohne Unterscheid des Standes gebühlich referiren: quin, nisi
antea industriam suam probarint gestis, apud Electores vel alios Impe-
rii Ordines præcipui nominis muneribus, examen subeunt, ac Proce-
sus alicujus, in quo definitiva sententia ferenda sit, acta ipsis exhiben-
tur, è quibus suo Marte, quod sanctè promittunt, referant, dict. §.
Alle diese 18. Personen/ in fine. Maxima est consiliariorum horum di-
gnitas, & locus illis assignatus inter omnes Imperatoris Consiliarios,
solis exceptis iis, qui propioris admissionis sunt, primarius *tit. 1. R. H.*
D. §. Sollt auch/ eosque Patriciatûs dignitate gaudere, ex Vultejo &
Sneiduno notat Scutz, *juris publ. vol. 2. disp. 2. th. 5. lit. b.* qui &
quandoque in illos crimen læsæ Majestatis committi existimat, *d. l. E-*
liguntur autem ab ipso Imperatore, nec præsentantur ab Ordinibus, ut
Assessores Cameræ, vid. *Capit. Leopoldi art. 40.* De Salario ipsis con-
stituendo non semel actum est. In Comitibus Ratisbonensibus anni
1641. in deliberationem venit quidem, num etiam Status quid ad
horum stipendia conferre debeant? ac num sportularum nomine illis
aliquid præstandum? vid. *Scutz vol. 2. de stat. rei Romana disp. 2. th. 5.*
lit. f. quod postremum non solum probat Autor des Bedencken wie es
wan dem Justiz Wesen zu helfen seyn möchte/ §. zum 10. apud Wehnerum
in Observat. voce Justiz-Wesen; sed etiam placuit Electorali Collegio
anno 1637. ut ex declaratione Imperatoria ejus anni §. zum andern/ ap-
paret, ubi Imperator, es hat/ scribit, ein hochlöbliches Collegium vermet-
net/ daß zu Abrihtung der Salarien vor die Reichs-Hoff-Räthe *ad inte-*
rim, bis man sich eines beständigen Unterhalts vergleichen möchte/ von
allen und jeden bey dem Reichs-Hoff-Rath einkommenden Sachen/
gewisse Sportulæ, jedoch nicht der Gerichts-Räthe belieben/ sondern
bedes Präsidenten und VicePräsidenten Ermäßigung nach/ genommen
werden möchten: addit tamen, id non placuisse Imperatori, weiln aber
diesen Vorschlag höchst-gedacht Ihr Käyserl. Mayr. aus allerhand hochbe-
wegen-

wegenden Ursachen sehr bedenklich befinden / so werden dieselbe selbst
auff beständige Mittel bedacht seyn / w. e. sic den Reichs-Hoff-Räthen die
gebührende Besoldung reichen mögen. Hodie salaria illa partim ab Im-
peratore, partim ab Imperio solvi liquidum videtur, ex art. 41. Ca-
pitulationis Leopoldi, ubi Imperator adstringitur, ut curet salaria il-
lis recte & inter primos solvi, so wohl aus der Hoff-Cammer / als denen bey
dem Reich eingehenden Mitteln. Quæ sint Consiliatorum Judicii Au-
lici partes, juramento illorum, & prolixius verbis Ordinationis conti-
netur, & præcipua nonnulla mox, cum agendum erit de processu in
Judicio hoc usitato, attingemus. Præter hos est etiam Fiscalis, qui ta-
men litem nemini movere potest, nisi adhibitis duobus Deputatis à
Præside, qui ipsi, Casare non ignaro, Consiliis adsint, ac votis ideo in
causis hujusmodi penitus abstinent. Secretarii quoque duo sunt, unus
qui Lingva Latinâ alter qui Germanicâ expedit negotia. Sed & Proto-
Notarium, Registratorem, Pedellum, (den Thorhüter) habet hoc Judi-
cium, quorum munia rectius aliquis ex ipsâ ordinatione 1654. ejus sæ-
pius jam mentionem fecimus, quàm aliunde didicerit. Secretarios hos,
Proto-Notarium, aliasque personas, quæ Cancellariæ huic operam suam
locant, ut & ipsum Vice-Cancellarium, Elector Moguntinus constituit,
ejusque solius circa hæc libera est dispositio art. 41. capit. Ferd. IV. & lucu-
lentiùs art. 40 capit. Leopoldi. quod ipsum tamen, in brevi & compendio-
sa enumeratione eorum, quæ tum in aliis Capitulationibus, tum in ea præ-
sertim, quam moderno Imp. Leopoldo S. R. I. Electores contradicentibus li-
cet plerisque, & quidem potentioribus Imperii Principibus præscripsere,
quæ cum Gravaminibus Principum ac Statuum Imperii, manuscriptis
anno 1662. in Comitibus hodiernis proponendis circumferebantur, gravami-
ne 16. improbatur.

X.

In hoc Judicio, in primâ, ut vocant, Instantia conveniuntur
omnes Imperio immediate subjecti, ut sunt Electores, Principes, tam
Ecclesiastici quàm Seculares, Prælati, Comites, Barones, Nobiles &
Civitates Imperiales. In secundo Judicio vel Instantia autem etiam
mediate Imperio subjecti, nisi Jure singulari, vel præscriptione legi-
timâ exemptionem ostendere possint, Paurmeister de *Jurisd. lib. 2. c. 4.*
n. 123. Knipschildt de *Juribus & Privilegiis Civit. Imperialium lib. 2.*
33. n. 21. Illa autem quæstio olim admodum agitata, an Privilegia
primæ Instantiæ, Electoribus, Principibus & reliquis Ordinibus indulta
Cafa.

Cæsareæ quoque Jurisdictioni præjudicent, de qua prolixè disputat ac tandem Negativam sequitur Paurmeisterus d. l. controversa esse nostrâ ætate desit. Disertè enim promisit Ferd. III. *art. 17. Capit.* quod velie Statibus Imperii, beneficium, primæ, ut vocant, Instantiæ, inconcussum relinquere. Instrumento Pacis Cæsareo Suecico postea *art. 5. §. 20. vers. 4.* definitur: in *Aulico non minus quàm in Camera Imperialis Judicio, Privilegium primæ Instantiæ, Austregarum jura, & privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per mandata, aut commissiones, aut avocationes, aut quovis alio modo turbantor.* Idem legitur *Capit. Ferd. IV. art. 15.* Einen jeden bey der ersten Instanz und dem ordentlichen unmittelbahren Richter &c. bleiben zu lassen. & *Leopoldi Imp. art. 18.* ubi nulla pronunciantur Rescripta, inhibitiones, Mandata, quæ his promissis adversa sunt. Ac quamvis ea de re exsertis verbis nihil legatur, in Cæsaris Ferd. I. Ordinatione Judicii hujus, ac ne Matthiæ quidem Imperatoris: unde ad postremam hanc monuerunt Status, inserenda verba, quæ docerent observandos Consiliariis, des Reichs ordentliche und Willkührliche auch andere hergebrachte austräge: & graviter conquesti sint iidem im Bedencken auff die Kaysersl. proposition Puncten/ die Justiz belangend/ anno 1641. auff dem Reichs=Tag zu Regenspurg übergeben: daß die privilegia primarum Instantiarum, oder austräge bey dem Reichs, Hoffrath in erkenn- oder Abschlagung die Proceß gang und gar aus der obacht gelassen worden; hodie tamen in Ordinat. anni 1654. monentur Consilarii ut sollicitè illa observent in decernendis processibus *tit. 2. §. wir befehlen.*

XI.

Meretur quoque id observari, Reges Sueciæ, ratione eorum quæ possident in Germania, tanquam Duces Bremenses, Verdenses, quæ Pomeraniæ, vel etiam ut Principes Rugiæ, ac Dominos Wismaria, ex causa dictas ditiones concernente, quemadmodum & Duces Brunovicenses & Lunæburgenses, non quidem à Judicio hoc esse exemptos, post concessum tamen beneficium Electionis fori, ipsis integrum esse forum eligere, ubi commodum ipsis visum fuerit, vel in Aula Cæsaris, vel Imperiali Camera, ubi actionem intentatam accipere velint. Tenentur tamen intra tres menses à die denunciatæ litis declarare coram quo Judicio se sistere velint. *vid. Instrumentum Pacis Cæsareo Suecicum art. X. vers. E. contra vero. Roding. argument. lib. 1. tit. 20. p. 292. ubi*

privilegium hoc 27. Februarii in Camera acceptatum scribit. De Ducum Brunovicensium & Lunæburgensium privilegio, vide eundem Rodingium p. 285. Ubi docet illos 24. Novembris anni 1648. tale privilegium obtinuisse. Negotia autem sua Principes, qui vel conveniunt alios, vel conveniuntur, expediunt ibi per Ministros Ordinarios, Residentes (quomodo vocantur illi, qui regum & Electorum causas curant) & Agentes qui Principum & reliquorum Statuum. Horum numerus 24. vel 30. excedere non debet, iique non ante recipiuntur quam per examen duorum Deputatorum Consiliariorum de eorum Nativitate legitima, patriâ, bonis moribus, ac studiis constet. Præter hoc alii Procuratorio munere fungi prohibentur, nisi fortassis Electorum aut Principum aliquis, Advocatum extraneum negotiorum suorum judicialium curæ præficere velit: id enim prohibitum non est; modo tamen legibus Procuratoribus & Advocatis præscriptis, præter eam quæ est de examine, se quoque adstrictum meminerit. Extant illæ *tit. VII. Hoffgerichts-Ordnung* cui subjectum etiam legitur Juramentum Advocatorum & Procuratorum. Conveniuntur hic etiam Legati, & alii qui negotiorum suorum causa in aula commorantur, cujuscunque sint ordinis & conditionis, ex Paurmeistero & Stephano de Jurisdictione, Knipschildt de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium *lib. 2. cap. 33. n. 22.* quemadmodum etiam Consilarii judicii hujus.

XII.

De causis quæ huc spectant ingens olim controversia. Primum an omnes illæ, de quibus Camera Imperialis Judicet, in hoc etiam Judicium deduci possint, ita ut ab initio in potestate sit agere volentium vel appellantium, actionem hic vel ibi intentare? adeoque præventio-ni locus sit, quod vulgò breviter ita efferunt. *An Aulicum Judicium cum Camera concurrentem Jurisdictionem habeat?* Negabant id olim, si Limnæo *lib. 9. Jurispublici cap. 4. n. 25.* & quem ibi adducit, Ware-mundo ab Ehrenberg credimus, pleræque aulæ, Schrader *de Feudis part. 10. sect. 1. n. 126.* Thomas Michael *d. l. Autor der beständigen Informa-tion Juris & facti wider die Donawertische Relation part. 1. pag. 111. & seqq. multis.* Auctor anonymus *des gründlichen Unterrichts von der im H. Römischen Reich entstandenen Frage/ ob der Käyserl. Hoff Rath mit dem Käyserl. Cammer-Bericht concurrentem Jurisdictionem habe/* editus Ambergæ anno 1613. Ummium huc immeritò refert Limnæus, & qui

qui illum sequitur Johannes Warmserus *Exercit. Jurispubl. 7. th. 25.*
Is enim disertè scribit de *Process. disp. 4. th. 14. n. 79. neque volo, ne-*
que possum decidere, utra opinio veritate sit propinquior.: at pertinet huc
Besold. de *Jurisd. Imperij Rom. Germ. c. 12.* Hippolithus à Lapide
de *Ratione Status, part. 1. cap. 10. sect. 7.* Affirmat contra magno
numero Doctores, è quibus, *Gailium, Mynsinger, Graveum, Reusne-*
rum, Paurmeisterum, Stephani, Heigium, Antonium, Gothofredum,
Syringium, Hilligerum, Casparum Leopoldi nominat Linnæus, quem
vide lib. 9. cap. 4. n. 9. argumentis utriusque pugnant plurimis, quæ ex
illis qui velit, repetat. Nos tanto apparatu opus esse non existimamus,
quod nostrâ ætate minor ea de re quàm olim, propter expressos textus
dubitandi causa sit. Ita enim legitur tit. 2. R. N. D. §. So wollen
wir auch/das Unser Reichs-Hoff-Rath sonsten/und in denen Fällen/darinn
nen Wir und Unsere Vorfahren am Reich Unserm Cammer = Gerichte
concurrentem Jurisdictionem, zu mehrer Beförderung der Partheyen /
und unserer Uertragung mitgethetlet/demselben seinen starcken Lauff lassen/
und per avocationem causarum nicht verhindern / wann nehmlich solche
Sachen allbereyt daselbst durch ausgewürckte und insinuirte citation an-
hängig gemacht worden / quæ Ordinatio ab Electoribus probatur art.
40. Capitul. Leopoldi. Ipsi DN. Camerales in Causa Waldeck contra
Paderborn & Consortes die Graffschafft Plermont betreffend/Mandat.
de non impediendo prosequi nec trahendo litem ad aliud Judicium,
quàm ubi cepta, cum citatione ad videndum se incidisse in pœnam l. ult. §.
ult. C. de in Jus vocando 23. Decembris anni 1650. hæctenus inedito, Auli-
cum Judicium, concurrentem habere in causis, quæ ad Cameram perti-
nens Jurisdictionem §. und obzwar §. ex adverso, fatentur: adde Instrum-
Pacis art. III. & art. V. §. 20. & X. vers. econtra. R. N. de anno 1654. §.
162. Was dann ic. idque hodie usu ita servari, non Arnisæus solum lib.
2. de Republ. cap. 6. n. III. notat; sed etiam alioquin dissentiens Hyp-
polithus à Lapide observat. part. 2. cap. 7. sect. 5. p. 428. Ea concurren-
tia, scribit ibi, tantopere invaluit, ut si hodiernam observantiam respi-
ciamus, Imperatoribus concurrentem cum Camerâ Jurisdictionem
competere dubio plane careat; adde Conringh. in dissert. de Imperii
Germanici Judicis, quæ & extat inter discursus novos Historico Politi-
cos Ebrodani anno 1654. typis expressos, th. 100. juxta edit. Helmsta-
diensem, ubi Judicii hujus autoritatem & olim à plurimis Ordinibus

Imperii admissam fuisse, licet à correspondentibus ejus autoritas oppugnaretur, & nunc à nemine forsam in dubium amplius vocari, quod non solum in transactione Pragensi confirmatum, sed nec Monasterii nec Ol-nabrugæ ea de re disputatum sit, scribit. Et hodiè illud lege publicâ esse confirmatum notat nuper idem Dn. Conringius *in dissert. de Nomotheticatb. 42.*

XIII.

Probè tamen constituendus est, in ea qua diximus quæstione, controversiæ status. Quæstio enim, *an Aulicum Judicium concurrat ratione causarum cum Camera?* affirmanda; nisi forte Personas Camerales eosque concernentia negotia aliquis excipiat, ii enim immediatè sub Camerali Jurisdictione ita esse videntur, ut concurrentiæ locus non sit. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 63. princ. R. A. de anno 1654. §. hingegen 141.* ubi de illis dicitur, *daß die andere Bertschtswänge seyn seyn / und damit durch niemands in keine Wege beschweret werden sollen:* & quod specialiter unus casus, quo causa ad Imperatorem vel aulam spectat, excipiat *Ord. Cam. part. 3. tit. penult. §. 14.* vid. Blumium *in Process. Camerali tit. 26. n. 12. & seqq.* At vice versâ, si quis quærat: *An Camera in omnibus cum Judicio Aulico Casareo concurrat?* neganda fuerit. Quemadmodùm ista, *an in aliquibus concurrat?* iterum affirmanda est. Quod ut rectiùs intelligatur, rem paulò accuratius explicari interest. In causis, quæ in prima Instantia ad Cameram spectant, quales sunt *Causa Pacis Religiosa & Prophana, cause Fiscales, Litigiosa Possessionis, Pignorationis, Arresti, Mandati, Relaxationis ad effectum agendi, Constitutionis Legis diffamari, Protractionis seu Denegationis Justitiæ, Compromissi, Violationis Privilegii Casarei, quæ ex continentia causa aut ratione Rei immediatè sub Imperio sita eò pertinent, ac in causis appellationum, quæ 400. thaleros Imperiales excedunt, nisi majorem summam privilegia definiant,* integrum est in Imperio Germanico ab initio, nondum cœpta in alterutro horum Judiciorum lite, tam adire Judicium Aulicum quàm Cameram, adeoque in his concurrat judicium Aulicum Imperii cum Camera Imperiali, & Camera vicissim cum Judicio Aulico. At *causa Feudales Regalia Feuda concernentes, causa Italica, Confirmationes Privilegiorum, venia ætatis concessio, Restitutio Famae, tum quoque causa Criminales Statuum Imperii*

perit, ita ad Judicium Aulicum pertinent, ut Camera nulla in illis sit Jurisdic-
dictio, adeoque nullus in his datur concursus.

XIV.

In illis causis in quibus concurrunt invicem Judicia hæc, præven-
tio locum habet, ita ut coram eo causa disceptanda sit, coram quo pri-
mum lis capta. Incipit autem lis per citationem reo legitimè insinua-
tam R. N. D. tit. 2. §. So wollen Wir auch ibi Wann nehmlich solche
Sachen allberet daselbst durch ausgewürckte und insinuirte Citation an-
hängig gemacht / adde Mynsing. 4. observ. 26. Gail. lib. 1. Observ. 74.
n. 17. cui citationi libellus actoris vel inferi vel adjungi debet, ut cau-
sam litis motæ intelligat, R. A. 1654. §. 34. diesem nechst, De actore ve-
rius est illius respectu litis pendentiam induci, ubi citationem decre-
tam cognoverit, Menoch. de arbitrariis Judicium quæstionibus casu 202.
n. 8. Natta ad Clem. ult. d. V. S. n. 29. & seqq. atque observat nuperri-
mè Blumius in Process. Camerali tit. 25. §. 54. eo casu Camera statim
post decretam citationem documenta litis pendentiae reo communica-
re consueviffe. Quid vero dicendum si literæ pro informatione Judi-
cis, Bericht, Schreiben/impetratæ & insinuatæ fuerint? & illas inducere
litis pendentiam non absurdè aliquis existimaverit, quòd iis decretis,
Judex jam de causa cognoscere cæperit, & hæ literæ implicite citatio-
nem contineant, cum ibi citetur aliquis ad demonstrandum causæ sta-
tum. Quod si lis in Camera capta sit, in causis eò pertinentibus,
eas avocare, vel inhibitiones decernere, aut alio modo etiam Justiti-
am impedire non potest Imperator vel Judicium Aulicum R. A. de an-
no 1654. §. Ebenmässig sollen/ Capitul. Imp. Leopoldi art. 42. Si contra
factum fuerit, Camera in nullo habet loco dict. art. 42. ibi. Was da-
gegen vorgenommen/als null und unkräftig vom Cammergericht gehalten.
Consuevit tamen antequam aliud quid statuat Camera, plerumque do-
cumenta litis pendentiae, si à partibus petantur, concedere, quæ locò
declinatoriarum fori in Judicio Aulico producuntur: Quod si illa
susque deque habeantur, Mandatum de non impediendo prosequi, nec
trahendo litem ad aliud Judicium, quam ubi capta, impetrari solet,
cui additur interdum citatio, ad videndum se incidisse in poenam l. ult.
§. ult. C. de in Jus vocando; quo constitutum legitur; qui semel in Jus
vocavit, si post admonitionem reo oblatam, eum ad alium Judicium ob
easdem causas vocaverit, & eum indemonem præstet, & causâ cadat, etsi
justam

justam habuit actionem: quod non ita pridem anno 1650. 23. Decembris in causa Waldeck contra Paderborn & consortes, die Graffschafft Piemont betreffend / factum meminimus. Mandati illius, integrum enim prolixius est, quam ut adjici possit, postrema tamen, quod inedita hactenus sint, & rem non parum explicent, adjicimus: sunt autem ista: Hierumb so gebliethen wir deiner Andacht und Euch sambt und sonders von Röm. Käyserl. Macht/ und bey poen 10. Marck Löttigs Golds / halb in unser Käyserl. Cammer / und zum andern halben Theil Impetrantischen Grafen ohnmachlässig zu bezahlen/ htermitt ernstlich/ und wollen/ daß deine And. und ihr/ alsobald nach Erkundigung dieses/ ohne einigen Verzug einoder widerredt/ den wegen deren in der Graffschafft Piemont und andern präterdirten Lehnstücken vor vielen Jahren bey diesem unserm höchsten Gericht Rechtshängig gemachten Process, so wohl in Petitorio als in Possessorio, cum annexis causis & punctis, hieselbsten der Gebühr nach aus und fortführen/ der an unserm Käyserl. Reichs Hoffrath zu Präjuditz, hiesigen Cammer gerichtlichen Litis pendentz, per manifestam sub & obreptionem ausgewürckter Citationen und Processus sich ferners nicht anmassen/ oder denselben prosequiren / sondern oft ermeldtes dieses unsern höchsten Gerichts Judicatur, in allen diesen Sachen und puncten endlich erwarten / und obgedachter Litis pendentz zu Präjuditz ferners nichts sive per directum sive indirectum vornehmen / oder attentiren/ deme also gehorsamlichen nachkommen / als lieb Jhro und Euch seyn mag obangedrohetee Poen zu vermeiden / daran geschicht unsere ernstliche Meinung.

Wir heischen und laden dabeneben deine And: und Euch von be-
rührter unserer Käyserl. Macht/ auch Gericht- und Rechtswegen/ hiemit
auff den 30. Tag/ den nächsten nach beschehener insinuation dieses/ deren
Wir Jhro und Euch. Zehen vor den ersten/ Zehen vor den andern/ Zehen
vor den dritten letzten und endlichen Rechtstag setzen und benennen/perem-
torie, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag sein würde/dem nächsten Gerichts-
Tag darnach/ selbstem oder durch einen Vollmächtigen Anw. an demselben
unsern Käyserl. Cammer-Gericht zu erscheinen / ernstlich zwar / gläubliche
anzeta und Beweis zu thun/ daß obigem unserm Käyserl. Geboth alles setz-
nes Inhalts gehorsamlich nachgelebet sey/ oder wo nicht/ und deme gegen
Zuversicht zuwider gehandelt werden sollte/ alsdann wie nicht weniger zu-
sehen und hören/ deine And. und Euch umb dero ungehorsams und obges-
sagter

sager Thätigkeiten wie auch überfahrungs willen/ in die Pœn. l. ult. §. ult. C. de in jus voc. gefallen seyn/ mit Urtheil und Rechtsprechen erkennen und erklären / oder aber beständige/ erhebliche und in Rechten gegründte einwenden / ob sie und ihr einige hätten / warumb solche Erklärung nicht geschehen solte / dagegen wie sich gebühret / vorzubringen / darüber unsers Kaysersl. Cammergerichts endlichen Entscheidt un Erkänntuß zugewarten. Wann deine And. und Ihr kommen/und erscheinen als denn also oder nicht/ so wird doch nicht desto weniger auff des gehorsamen Theils / oder selnes Anw. anrufen und erfordern/ hierinnen im Rechten mit gemeldter Erkänntuß/ erklären/ und andern gehandelt und procedirt, wie sich des selner Ordnung nach gebühret/ darnach Sie sich und Ihr Euch zurichten. Ha-
tenus verba Mandati illius. Potest tamen in Aulico Judicio Imperiali Rescriptum Principis ad Cameram impetrari, pro excitanda justitia, ut maturè imploranti & celeriter administratur, quod experientia & usus Judicii hujus docent.

XV.

Causæ quæ in judicio hoc ventilari possunt ita enumerantur, R. H. D. tit. 2. in Princ. In unsern Reichs-Hofrath sollen alle und jede Sachen/ das Heil. Römische Reich/der selben Hoheit und Recht / Herrschafft/ Gerechtigkeit/ Pfandschafft/ Lösung/ Regalien/ hohe und niedere Lehen / Privilegien, Indult, confirmation, und anders / wie solches nahmen haben mag/ und in Summa / was nach der unfehlbahren Justitien dirigirt und decidirt werden soll/ insonderheit alle und jede Parthey-
Sachen/die Reichs/ Gewonheit/connexiret und consequentz halber / für Unser Kayserslich Gericht gehören/ oder von den ersten instantien, durch mittel der Appellationen, Supplicationen, Dictionis nullitatis, Implorationis officii, oder in andere alle weg sich dahin wenden / fundirt und gehörig seyn / die sollen allda angenommen / gerechtfertiget/ darüber erkennen / und die Nothdurfft ausgefertiget werden. Quod ipsum ad eundem modum paucis verbis mutatis ita ferè legitur in *Ordinat. Mat-
thia.* Atque ibi quidem Deputati Statuum notant ad istum §. Dis ist der Haupt-Paß gegenwärtiger ganger Ordnung/so nach künfftig getroffenen Vergleich/welchen der Allmächtige GOTT verlethe/zurichten seyn wird. De causis ad *Pacem Religiosam* spectantibus disceptant Doctores, an hoc etiam pertineant? Negat pertinere post Autores der beständigen Information Facti & Jaris, Quirinus Cubach *de Constitutione Reli-
giosa*

giosa cap. 11. n. 19. Johannes Muterus *apud Arumæum tom. 2. Discurs. de Jure Publico quest. 14.* argumentis præcipuè his: Quod Imperator cum Camera non concurrat. 2. quod in Judicio causarum Religionis Assessores tam Augustanæ quàm Pontificiæ Religionis causam cognoscere debeant, Augustanæ autem Confessionis Assessores Judicio Aulico defint; hincque remissam anno 1564. 25. Martii à Judicio Aulico causam ex constitutione Religiosâ inter Closter Christ Garten & Comitem Ludwig von Dettlingen. Et videntur in negativam adhuc inclinasse anno 1613. Legati Ordinum Protestantium in Relatione ipsorum Ratisponensi, è qua nonnulla adducit Henricus Andreas Cranius *de Pace Religiosa p. 3. probl. 1.* qui & ipse huic sententiæ calculum suum addere videtur. Ad affirmantem probant non Dilligenses solum de compositione Pacis *cap. 10. quest. 64. §. 5. & seqq.* Sed & Springer de *Pace Religiosa cap. 14. pag. 142.* & apud Arumæum *vol. 2. disc. X. th. 24. lit. b.* ubi monet consentire Arumæum, Autor *der Donawertischen Relation part. 2.* Gothofredus Svevus *thesium secularium ad Pacem Religionis, propositione 12. th. 6.* cui sententiæ favere videtur *R. A. de anno 1566. §. Wir wollen auch.* Idque hodie, postquam de concurrentia Jurisdictionis res dubio omni vacat, ac Consilarii Judicii hujus etiam ex Augustanæ Confessionis addictis leguntur, tanto expeditius est, *art. 5. Instrumenti Pacis §. 20. vers. Ac proinde.* Ubi tamen additur eo casu Assessores utriusque Religionis pari numero causis adesse debere, quod reperitum legitur *tit. 1. R. H. D. §. Wir wollen auch.* Et potuit anno 1564. causam cujus ante mentio facta est, remittere Imperator ad Cameram, non quod necessitate aliqua eo adigeretur, aut Jurisdictionis abdicandæ causa; sed vel ad petitionem Protestantium, vel ne suspicionem apud eos incurreret, vel quod continentia alterius in camera pendentis causæ aut aliud quid subesset.

XVI.

De Criminalibus causis *cas neque in prima neque secunda Instancia huc pertinere* non nemo quidem nuper scribit, idque ex *C. G. D. part. 2. tit. 28. §. Item nach dem r. R. A. de anno 1530. §. Item als ient estliche Zeit.* probare contendit, quibus tamen locis de Judicio Aulico nihil reperias. Ad causas statuum & reliquorum immediatorum Criminales huc spectare existimat Koipschild *de Jure & Priv. Civit. Imperialium lib. 2. cap. 33. n. 23.* Tabor in *Dissert. de Execut. Rei Judicata th. 48.* Atque

Atque scimus ibi agitari causam inter Civitatem quandam Imperii non ignoti nominis ac Comites Oetingenses Catholicæ Religionis Actores, agentes ex l. 28. §. 15. ff. de pœnis in qua anno adhuc præterito decreta fuit ad reassumendum Citatio: quæ sanè causa sine exceptione Criminalis est. Confer quæ doctè in eam rem notavit DN. Mylerus de Principibus & Statibus Imperii Rom. Germanici cap. 20. n. 22. & seqq. Causæ feudales ad Regalia feuda spectantes, quomodo huic pertineant Vid. Ord. Cam. part. 2. art. 7. Sed & causæ Italicæ huc referuntur Joh. Otto. Tabra. d. l. Causæ appellationum verò tum demum si summa excedat 400. thaleros R. A. anni. 1654. §. Bierdtens 105. conjuncto cum tit. 2. R. H. D. §. So wollen Wir auch. Si enim summa minor sit, appellatio ad summa Judicia locum non habet, sed revisio aut transmissio Actorum ad JCTos peti potest; dict. Recess. §. Doch mit diesem Zusatz 106. Quod si à Magistratu illa non concedatur, in Judicio Aulico Mandatum de concedenda revisione & transmissione Actorum nec impediendo uti jure Constitutionum imperii, impetrari potest. Cæterum si in Judicio aliquo inferiori summa à qua appellari potest aucta sit, non sufficit appellationem causam amplius quam 400. thaleros continere, R. A. 1754. §. Drittens 104. juncta R. H. D. tit. 2. §. Wir befehlen auch & §. So wollen Wir. Sed & appellatio ita ad Judicium hoc interponenda est, ne prætereatur Judex intermedius, nisi forsitan ille partium uni consanguinitate aut affinitate propinqua junctus, vel aliter legitima ex causa suspectus, aut inhabilis sit, vel Justitiam palam denegarit: quo postremo casu tamen, per modum simplicis questæ, ut vocant, potius causa ad Aulam Cæsaream defertur. Excipiuntur & illi casus, si Judex in causa judicare nolit, aut consuetudo sit, appellare præterito proximo Judice, & demum, si non excipiat provocatus de appellatione non legitime & observato ordine facta Vid. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 29. Mynsing. cent. 1. Obser. 67. Rodingh. Pandect. Cam. lib. 1. tit. 20. n. 6. & seqq.

XVII.

Non pertinent autem ad Judicium Aulicum causæ Spirituales & Ecclesiasticae ex Paurmeist. Knipschilt. dict. cap. 33. n. 24. si nempe agatur de Religione & Doctrina Fidei, de Decimis, de jure Patronatus, de jure Advocatie: hæ enim causæ coram Judice seculari, qualis Judicium Aulicum, dilceptari non debent, sed requirunt Ecclesiasticum.

Si tamen de possessione vel quasi earum rerum agatur, cum Judicium Possessorium neque quantitatem neque qualitatem rei Spirituales concernat, vid. Blum. *Process. Cam. tit. 43. §. 20.* aut si de facto quærat, cum quæstio facti merè profana sit, in his casibus, tam ratione primæ quàm secundæ Instantiæ fundata erit Jurisdictio. *Matrimoniales* causæ itidem huc non pertinent, Kitzel *Synopsi Matrim. cap. 10. th. 9. lit. b.* Reinking. *de Reg. S. & Eccl. lib. 3. Class. 1. cap. 10. n. 22.* vide Mylerum *de Principibus & Statibus Imperij cap. 20. n. 18. & seqq.* quod sint Spirituales; quamvis Scubhart *de Austreg. cap. 5. n. 64. usque ad 107.* disputet ratione Augustanæ Confessionis addictorum Statuum, legitimum Judicem esse Imperatorem. Si tamen nullitas principaliter deducenda sit, id fieri potest in Judicio Aulico, arg. eorum quæ notat Rhoding. *Pandict. Cameralium lib. 1. tit. 33. n. 4.* & Blumius *Process. Camerali tit. 4. n. 23.* tam in causa matrimoniali, quàm Spirituali alia. Sed & si de competentia Jurisdictionis disputetur, causa hic deduci potest. *Causas Feudales illas*, in quibus Parium Curix Judicium est, de quibus 2. F. 20. & 2. F. 39. ex præscripto Sanctionum Feudalium, itidem excipimus, cum *Paurmeister & Knipschild d. l. n. 24.*

XVIII.

Locus Judicii Aulici nec olim certus erat, sed cum Aula illud, circumferebatur, vide *Speculum Suevicum part. 1. cap. 13. & Saxonicum lib. 3. art. 60.* Conringh. *de Judiciis Imperii Germanici th. 95.* & Speidelium *in Speculo voce Reichs-Hoffrath p. 1045.* Hodie plerumque Aulam Imperatoris sequi, & in eo loco haberi, ubi illa est, ostendit R. H. D. *tit. 1. §. Alle diese / in verhis. und Unfern Kaysersl. Hoffe / je und allezeit / welcher Orten derselbe gehalten wird / nach folgen:* unde in Citationibus, quibus eo vocantur partes, ista semper leguntur: *An Unferm Kaysersl. Hoff / was enden derselbe alsdann seyn wird.* Cum tamen Anno 1655. Posonium concessisset Imperator Ferd. III. ut de Electione & Coronatione filii Leopoldi, modo Imperatoris, ageretur, Viennæ id perstitisse meminibus, quod & antehac non rarò factum observarunt alii.

XIX.

Ordinationis Judicii hujus tres hætenus solummodò vidimus; quamvis, si verum sit, quod Speidelius voce *Reichs-Hoffrath* scribit, Ordinationem Ferdinandi I. auctam esse à Maximiliano II. anno 1596. etiam quartam reperiri necessum sit. Earum quæ nobis innotuerunt

Prima

*Prima est Ferdinandi I. promulgata 3. Aprilis Anno 1559. Augustæ Vindellicorum. Extat apud Lehmannum in Actis Publicis de Pace Religionis lib. 1. cap. 37. p. 146. & seqq. & Sigismundum Freyberger Germania Perturbata & Restaurata part. 2. Disc. 13. p. 130. hancque Maximiliani & Rudolphi II. tempore in usu fuisse extra controversiam est Limn. tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 4. n. 34. Sed & deinceps ejus & quidem solius usus posteriorum Imperatorum tempore ad annum usque 1654. durasse videtur: Ita enim Declaratio Imperatoria de Consilio Aulico anno 1637. 15. Aprilis Electoribus exhibita: Schließlichen hat ein Churfürstl. Collegium gebethen/ bey dem Reichs-Hofrath/ biß eine ordentliche Visitation desselben vorüber gehe / die Verordnung zu thun / daß die von beeden hochlöblichen Käysern Ferdinando I. und Matthiâ Christmildesten Andenkens/ auffgerichtete Ordnung observirt werden möchte/ welches / so viel die Observation teßberührter Ferdinandischer Ordnung (weil die andern biß dato nicht bestätiget noch in usum gebracht) anlangen thut/ Ihr Käyserl. Maytt. gefällig; befehlen auch hiermit allergnädigst/ daß dero Reichs-Hofrath berührter Ordnung biß auff anderwärts erfolgende Vermehrung oder Verbesserung gehorsamst nachkommen solle. Atque hujus solius etiam meminit Imp. Ferdinandus in ult. Ord. anni 1654. in princ: ibi, Käyser Ferdinand der Erste Christseeligster Gedächtniß / obgemeldten Käyserl. Reichs-Hofrath mit einer vermehrten instruction versehen/ welches auff uns erwachsen. *Secunda est Matthia Imperatoris, communicata statibus mense Augusto anni 1614. Hæc ipsa anno deinceps 1615. mense Februario in Conventu Norimbergensi (auff den Correspondentz Tag zu Nürnberg) revisa, correcta, eique ad marginem addita nonnulla fuere. Legitur apud Limnæum lib. 9. Jurispublici cap. 4. n. 34. Ufu tamen, ut ante monuimus, recepta non est; quamvis plura contineat quàm Ferdinandi illa, eamque locis longè plurimis sequatur Ferd. III. Tertia est quæ durantibus Comitibus Ratisponensibus anno 1654. jussu Imperatoris Ferdin. III. conscripta est. Cujus communicationem cùm Ordines Imperii peterent, declaravit ipsis Imperator, eam non solùm secundùm Ordinationem Camerae, Constitutiones Imperii, & Instrumentum Pacis esse compositam, sed & omnia illa quæ in Comitibus anni 1654. ratione Justitiæ promptius administrandæ constituta sunt, in eam relata, vid. Autor der Grundfeste des Röm. Reichs part. 3. cap. 5. §. Es hat zwar. Illa autem ab omnibus statibus appro-**

approbata non fuit, weiln sie den Ständen nicht ordentlich communicirt,
noch dieselbe in thren monitis darüber vornommen worden / derowegen
solche ordentlich dictiret, und bey nächstbevorstehenden Reichstag davon
weiter gehandelt werden soll / ut acta Comitiorum indicant. Interim
Electores in Capitulatione Leopoldum Imp. art. 41. ad hanc ipsam ad-
stringunt, usque donec aliud constitutur. Verba sunt. Wir wol-
len auch die neu auffgesetzte / und von unsern Vorfahren Glorwürdigsten
Arendens approbirte Reichs-Hoffraths Ordnung (es sey dann daß bey
künfftigen Reichstage ein anders verordnet werde) fest halten lassen. Et
sanè cum idè curare debeat Imperator ut observetur, cumque illam
Electores Imperii probent, atque Juramentum de illa non negligenda
praestent Judicii Aulici Consilarii, vid. *Juram. illorum. ibi* Reichshoff-
raths Ordnung in acht zu nehmen. Residentes quoque & Agentes eam
exactissime observare teneantur *tit. 7. §.* und hierauff so befehlen wir allen
und jeden. Idque non solum illi qui Viennæ habitant, sed etiam qui eo
extra ordinem à Statu Imperii aliquo mittuntur, *tit. 7. §.* Da auch ein
Churfürst: adeoque hac Ordinatione tam illi qui conscribunt libellos,
quam qui exhibent, ut & Judices, se obstrictos sciant, unde & striete
se illam observare perhibent Consilarii Aulici, vix est ut aliquis rectè
negare possit, eam hodie usu obtinere. Interim probabile est fore ut
de nova Ordinatione Judicii hujus brevi cogitetur. Hoc sane innu-
unt acta Comitiorum anni 1654. Et monita communia ad Capitulationem
futuram exhibita anno 1658. *ad art. 42 ejus. d. Capit. volunt.* Daß die
Reichshoffraths Ordnung auff gehaltenen Rath mit Churfürsten / Fürsten
und Ständen / und nach derselben Gutbefindung und Einwilligung zu ver-
fassen / ac in recentioribus, mensis Februarii anno 1664. Nach welchen
die kaiserl. zu einer gewissen und beständigen Wahl Capitulation
nach Inhalt des Friedensschlusses einzurichten *ad art. 41.* praesupponitur,
daß die Reichs-Hoffraths Ordnung ohne fernern Aufschub bey künftigen
Reichs-Tag zum Stand gebracht werden solle. Voluntque illam appel-
lari eine zwischen uns (Imperatore) und Chur-Fürsten / Fürsten und
Ständen verglichene Capitulation. Quæ omnia novam brevi & quar-
tam Judicii Aulici ordinationem promittunt.

XX.

Qui in Judicio hoc causas suas agunt, ii desideria exhibitis
supplicationibus exponunt. Illæ in Camera quidem ad Judicem ejus,
qui

qui Princeps Imperii, at in nostra Curia ad ipsum Imperatorem, qui & solus in Senatu isto Judex concipiuntur. Supplicantium autem scopus interdum, ut pars adversa citetur, aliquando ut Mandatum, nonnunquam quoque ut rescriptum impetrent, si factum impetrando Mandato non sufficiat: qualia Rescripta interdum etiam, si non expresse petantur, decerni solent. Supplicationes illas judiciales, solus Præses, vel immediatè vel mediatè per Pedellum accipere debet, cui soli etiam competit adscribere illis tempus quo reddita sint, easque distribuere tit. 3. R. H. D. §. sonst soll keiner ic. Ex his refertur deinceps in Consilio. Atque in decernendis Citationibus, & Mandatis & Rescriptis, præcipua habetur ratio Privilegii Primæ Instantiæ & aliorum tit. 2. R. H. D. §. Wir befehlen. In Mandatis etiam attenduntur illa quæ circa illarum concessionem *Ordinat. Camera part. 2. tit. 23. & seq.* caventur: *dict. tit. 2. R. H. D. §.* Dieweil auch in Unser Cammer. Gerichts Ordnung. Ipsi autem Assessores loco ipsis assignato in Aula Cæsarea, *tit. 1. §.* Zu desto mehrern Ehren/ quoties conventus indicitur à Præsidente, horis matutinis, sæpè & post meridiem, hora destinata conveniunt, mox confident, & ne tempus pereat colloquiis eo non pertinentibus sedulo cavent, ac per horas minimum tres ibi commorantur, idque diebus quatuor, aliquando etiam quinque, singulis septimanis *tit. 1. R. H. D. §.* In der Rathstuben. & §. Jedoch mag der Præsident. Quando sententiam suam dicunt id ordine fieri debet, ac ad Præsidis interrogationem, nec cuiquam interpellare alterum licet *tit. 4. R. H. D. §.* Unser Præsident soll auch daran seyn / daß ein ieder aus unsern Râthen seine Stimme anders nicht dann in seiner Ordnung und auff vorgehende Frage sein des Præsidenten gebe / einen andern in votiren nicht fürgreiffe / noch in die Rede falle; Si tamen aliquis votum suum non rectè intelligi animadvertat, aut si mutare vel colligere aut etiam aliquid voto suo quod momenti magni sit addere velit, hoc ipsi facere deinceps postquam omnes vota sua dixerint, non ante, integrum est: *dict. tit. 4. §.* Jedoch da einer vermercken würde / daß seine zuvor gebene Stimme von den andern nicht recht verstanden worden / und sich derselben erklären/oder wo er aus denen Ursachen/so durch die Nachstimmende Râthe angezeigt / seine vorige Meynung ändern / verbessern/oder was sonst erhebliches seinem voto beysetzen wolte/ daß soll ihm mit kurzen Worten nach gehaltener Umfrage zu thun unbenommen seyn / und von unsern Præsidenten auff beschreibene

hene angeleg erlaubet werden. Reliquis vota antecedentium, in quibus nihil desiderant, prolixè repetere, aut quæ semel dicta sunt, denuò dicere, rectissimè, magno expeditionum publicarum commodo, prohibitum est. §. welcher aber sonst nichts Neues.

XXI.

Nemo Consiliariorum causæ alicujus relationem suscipere nisi demandatâ à Præside potest *tit. 4. R. H. D.*, in princ. quod si definitiva sententia ferenda sit, nullo discrimine, magni momenti causa sit, an secus Referenti adjungitur alius, qui & ipse quid sentiat, ex actis colligat (correferentem vocat *R. H. D. anni 1654. tit. IV. §. nicht allein*) Secundum Matthiæ Imperatoris illam *tit. 3. von Austheilung und relation der Acten* unus saltem refert, in causis quæ minoris sunt momenti: in reliquis verò majoribus causis Referentes duo sunt, vel plures, wann die Sachen wichtig / ut verba habent, so mag unser Præsident dem Referenten noch einen / oder nach Nothdurfft noch mehr Correferentes zu ordnen. Sed notant ibi Status Imperii, der Referent soll allweg und in allen Sachen einen Correferentem haben / unde & hodie id semper, quando definitiva ferendæ sunt, observatur. Modus referendi iste est, ut factum controversum breviter ac distinctè exponat, cui id negotii datum est, ita ut quid in lite sit & species actionis rectius discerni possit, & deinceps exceptiones adversarii, tum an per illas elisa sit actio, deum quid respondendum, vid. *tit. 5. §. 1. R. H. D.* ibi daß alsdann das streitige factum, und species actionis desto besser können von den Râthen verstanden werden / soll libellus des Klâgers / auch wie er solchen mit documentis oder Zeugen bewiesen / darauff wie der beklagte gegen dem libell Hauptsächlich excipit, geantwortet / solchen abgeleinet / seine gegen intention zu beweisen / und dahero des Klâgers action zu elidiren sich unterstanden referirt &c. In Referendis causis (quæ tanto numero ad judicium aulicum deferuntur, ut jam anno 1637. quinquaginta & plures causas eo deferri una septimana in initio Declarationis Electoribus eo anno factæ meminerit Imperator) is ordo servatur, ut præcedant illæ quas præcedere jusserit Imperator peculiari Rescripto *tit. 4. §.* und soll unser Præsident &c. ibi welche wie vermög unsers Kâsers. schriftlichen und von unsern Reichs Vice-Canzlern und Secretario gefertigten auch versiegelten decreti mit hindansetzung aller anderer ordentlichen Geschâfften alsobalden zuberathschlagen

Schlagen und mit schriftlichen Gutachten uns vorzutragen/unsere Reichs-
Hoff-Rath/Präsidenten/und Råthen anbefehlen. Secunda Classis illarum
causarum est, quæ moram non patiuntur, aut peculiariter piæ vocan-
tur tit. 4. §. zum andern welche keinen Verzug leiden und welche Gottes-
Häuser/item Gefangene/so vornemlich deren Pfåndung / oder übelverfah-
rung in den Processen, und sonst belangen. Tertia, pauperum, viduarum,
& pupillorum causas continet d. l. §. und weil zum dritten. Ad quar-
tam pertinent Memorialia des Reichshoff Fiscalis §. Nach diesem aber sol-
len zum Bierdten. Quinto loco privilegiatæ causæ non privilegiatæ,
& sexto, antiquiores posteriores præcedunt §. Hierauff sollen alsdann
zum fünfften / welche sonst etwa eine vor der andern zurecht sonderbahr
privilegirt den gemeinen unprivilegirten vorgezogen und den endlich/welche
Sach vor der andern älter oder ehender beschloffen ist worden/fürgenommen
und befördert werden sollen. Atque hunc ordinem semper nisi aliud ex-
presse jabeatur servandum disponitur d. §. hierauff/in fine.

XXII.

Processus diversa antehac ibi fuit forma, ab illa quæ hodieque
est. *Processum quod attinet notum est, scribit Knipschild de Jure &
privilegiis Civitatum Imperialium lib. 2. cap. 33. n. 35. Imperatorem,
ordinem judicium de jure Civili introductum observare non teneri,
Jafon in l. certum. col. pen C. unde legit. Bald. in cap. 1. Si de investit.
lis. Tessaure. decis. 15. n. 3. Et in Imperatoris consistorio Juris apicibus
neglectis ex æquo & bono, inspecta veritate, procedi solere, c. ad petiti-
onem 22. X. de appel. Gail. 1. observat. 42. num. 1. seq. Zasius in l. princeps
num. 3. de legibus. Gylmann symphor. tom. 3. verb. Camera. vers. in sum-
mo. Hinc adhuc hodie in Aulâ Casarea ordinem judicium, etiam
in arduis causis non servari & sæpè lapsis & purificatis terminorum præ-
judiciis, novos terminos, etiam altera parte reclamante, concedi, quo-
tidiana experientia testatur, Reinking de regim. ses. l. 1. class. 3. cap. 12. n.
37. ubi ejus hanc reddit rationem, quòd Imperator in arduis illis & gra-
vissimis causis inter Illustres Personas & Imperii proceres vertentibus pro-
cedat tanquam Pater inter filios, non attento juris rigore, sed potius Im-
perii tranquillitate, pace & concordia, ut motus & turba evitentur.
Multa enim propter solam pacis conservationem, tranquillitatem &
concordiam, contra juris rationem sunt recepta, hoc modo 64. §. fin. ff.
de condit. & demonstr. Reinking d. l. num. 39.* Atque isto nomine im-

D

primis

primis laudatur Senatus ille a DN. Lindenbauer / in dissert. de Imp. & Familiar: orig. mutat. fol. 105. n. 47. & seqq. Moderni autem, ait ibi, Senatus Imperii Aulici des Kaysersl. Reichs. Hoffraths necessitas vel ex hoc solo elucescere potest, quod in illo causa gravissima etiam celerrimè, cum sufficienti tamen cognitione, expediuntur, illique qui bona causa nituntur, fructum Jurisdictionis, Imperatorique Majestatis equissimam vocem, sine longo sufflamine plerumque sentiant, hoc praesertim tempore, quo per bellicos tumultus praeteritos, rupta quodammodo Camera Imperialis Compagne, Astram hancce juxta Caesarea Majestatis sacratissimos pedes plerique proni adoramus. Cum è contrario Augustissimum illud aliud justitia Auditorium, (Cameram intelligit) prodigiosa litium multitudine, ceu praesidio quodam validissimo, perpetuo & ita obsideri videamus, ut tantà cum difficultate, tanto cum litigatorum incommodo lites hoc seculo expediuntur, quanto ullo unquam tempore factum constat. At licet status nonnulli conquesti aliquando fuerint de praepostero & sumo mario in omnibus ferè causis adornato processu, & celerrimis mandatis executivis der Reichs. Hoffrath; Imperatoria tamen Majestas respondit, daß ihres Wissens/ der Reichs. Hoffrath erkennet/was den Rechten und Reichs constitutionen gemäß / und mit den Commissionen fürgenommen/ was Ihrer Mayest. gebühret. Sed haec quarela ab iis profecta fuit, qui celerem expeditionem, ob ineptitudinem causarum coram Imperiali judicio productarum, sufferre non potuerunt. At longè aliter Hyppolithus à Lapide de Ratione Status part. 2. c. 7. sect. 5. p. 431. Nec parem, ait, cum Camera Jurisdictionem sibi arrogasse, Imperatoribus satis fuit: sed & longè ampliorem, ac magis privilegiatam sibi vindicarunt. Camera enim, non nisi formà, in ordinatione ejus praescripta, procedit, aut judicat: Eaque deficiente, solennitatibus, à jure communi requisitis, necessario adstringitur: Es soll in allen und jeden Fällen/ die Insonderheit/ und ausdrücklich in der Ordnung des gerichtlichen Prozeß halten/übersehen / das gemeine Rechte statt haben/ und vermög desselben gehandelt und procedirt werden. Consistorium vero summi Principis sine ambagibus sive formulis Ordinariis, solà veritate inspectà, sine strepitu & figura judicii, levato velo, sententiam fert, Nec ordinem judicarium, de jure positivo introductum, servare tenetur: Nulla enim Lex potest Principis Curiam coarctare; cum illa sit Lex animata in terris; inquit Justinianus: Quod ad hodiernam Imperatoris Aulam Legista haud segnitè appli-

applicant. Imperator quidem Matthias, processum iudicarium Consiliariis suis observandum injunxit: Sed tot additis limitationibus, & restrictionibus, ut, in effectu, res ad nihilum recidat, sollen so viel möglich (haec prima limitatio) und die praeminenz dieses Unsers höchsten Gerichts/ unsers Reichs Hoffraths/von Rechtswegen erleiden mag/(haec secunda) desselben Unsers Cammer Gerichts/ bevorab in grossen Sachen/ (haec tertia) gewöhnlichen process, termin, oder solennitäten gebrauchen und dieselben observiren, &c. und in allwege / so viel die substanz eines Gerichtlichen Process anlangt/ sonderlich/ da ein unwiederbringlich präjuditz zu befahren/ (haec quarta) von der Ordnung / wie sich im Käyserl. Cammer Gericht eingeführet/ ohn wohlgegründete Ursachen (haec quinta) nicht abweichen: Hingegen wollen wir sie (haec sexta & summa limitatio) an andere accidentalische Gerichts solennia, dadurch dem Hauptwerck/ und genugsamer Erkundigung der Wahrheit/ nichts zu/ oder abgeht/ keinesweges verbunden/ sondern vielmehr auff den gemeinen Nutz und Forderung der heilsamen Justitz gewiesen und verpflichtet haben. Reclè autem Deputati, calamum censorium hic strinxerunt, & subdolas istas limitationes, per quas injustitia lata panditur fenestra, induxerunt. Hactenus Hyppolithus. Atq; in scripto, quod extat sub nomine Eines Bedencken auff die Käys. Proposition Puncten die Justitz belangend/von Churfürsten und Ständen anno 1641. auf den Reichs Tag zu Regenspurg übergeben/ so viel die Reformation und Emendation des Reichs-Raths betrifft/ Status Imperii monent: Bey dem dritten Haupt. Puncten / des Process selbstens/hat man so viel nachricht/ daß derentwegen/ bey dem Reichs. Hoff-Rath viel Mängel vorgehen: Und zwar daß in den wichtigsten und schwersten Sachen/welche Chur-Fürsten und Stände/ deren Land und Leute/ und derselben Recht und Gerechtigkeiten betreffen / bey dem Reichs. Hoffrath kein Process gehalten/ sondern alles summariter vorgenommen und expediret werde/ wie die Acta selbstens/ so bey dem Reichs. Hoffrath vorgehen genugsam zu erkennen geben; Dahero dann Ihr Käyserl. Mayest. allergehorsamst gebethen werden/die geruhen/nicht allein/dero allergnädigsten erbiethen gemäß/von dero Reichs. Hoffrath eine gewisse/ordenliche und zwar/ so viel es sich immer thun läst/ der Käyserl. Cammer. Gerichts-Ordnung gleichmäßige Form eines Rechtlichen Processes verfassen/ und künfftiger Hoff-Raths Ordnung einverleiben/sondern auch mittels/bis solche Ordnung zu völligen effect kömte/dem Reichs. Hoffrath befehlen zu lassen/daß

sic/ wenigstens / processum juris communis, in allen vorfallenden Sa-
 chen hinfuro in fleissiger Obacht halten und nehmen. Quæ de re cum deinceps
 in Comitibus ageretur, constitutum tandem fuit Instrum: Pacis Cæ-
 sar. Svecico. art. 5. §. 20. vers. 3. *Quoad Processum Judicarium Ordina-
 tio Camera Imperialis etiam in Judicio Aulico servabitur per omnia.*
 Quæ causa fuit quare tandem anno 1654. tit. 2. §. So wollen wir
 auch 20. R. H. D. insererentur ista: darauff dann Unsere Reichs. Hoff-
 Râthe/ ein sonderliches Auffmercken haben/ auch so viel möglich desselben
 Unsern Kâyserl. Cammer. Gerichts Ordnungen/ und in allen Sachen ge-
 wöhnlichen process, termin, und sollemnitäten gebrauchen/ insonderheit a-
 ber in allen processen keine substantialia auslassen/ jedoch auch allen Übers-
 flus und Verzügligkeiten abschneiden/ die gegebene Termin ohne erhebliche
 Ursachen nicht erstrecken/ und in alle weg so viel die substantz eines Gerichts-
 lichen Process anlanget / sonderlich da ein unwiederbringliches præjuditz
 zu befahren / von der Ordnung wie sie im Kâyserl. Cammer-Gericht eing-
 führet und verbessert werden möchte/ in substantialibus requisitis Proces-
 sus nicht abweichen sollen/ hingegen wollen wir sie an andere unnöthige Ge-
 richts solennia dadurch dem Hauptwerck und genugsamer Erkundigung
 der Wahrheit nichts zu oder abgehet/ keines weges verbunden/ sondern viel-
 mehr auff den gemeinen Nutzen un̄ forderung der heilsamen Justitz gewiesen
 und verpflichtet haben. Unde apparet hodie cessare istam Hyppolithi
 querelam. Id tamen, quod Reinkinghium de terminorum concessio-
 ne monentem audivimus, etiam anno 1655. fortassis quod circa initia dif-
 ficile esset aliter assuetis omnia mutare, usurpatum novimus.

XXIII.

Quod legitur dict. §. *Ordinat. Aulica* in fine, nolle Imperatorem
 obstrictos Consiliarios judicii hujus ad inutilia illa solennia Judicialia,
 quæ ad veritatis indaginem parum momenti conferunt, id eo pertine-
 re videtur, quod nulli Actus Audientiarum, in Judicio hoc in usu fue-
 rint, nec deinceps esse debeant; quibus antehac in Camera ante muta-
 tionem saluberrimam factam im̄ gemeinen Bescheid die 13. Decembris
 anno 1659. quâ rei huic medela facta fuit, plurimum impedimenti affe-
 rebatur causis. Omnia enim scripto expediuntur, nihil ore exponitur,
 nec locum Consilii intrant Residentes & Agentes, nisi quando jura-
 mento Judicio huic fidem suam adstringunt. R. H. D. tit. 6. §. Das jenige.
 Neque hac solùm ratione differt Processus Cameralis & judicii Aulici,
 sed

sed isto etiam, quod in hoc Collegio decernantur aliquando, Commissiones ad cognoscendam causam zur Verhörung der Sachen. Sunt autem illæ, quibus facultas datur Commissariis in cognitione causæ procedere, usque ad sententiam, imò interdum etiam illam adjungere permittitur: quales Cameram nunquam decernere extra controversiæ aleam est. Meretur de his Commissionibus, ut restantò exactius intelligatur, legi ipse §. Und weil auch *tit. 2. R. H. D.* Weil auch ferner bey Uns vor Alters wohl hergebracht/ daß wir zu mehrer Beförderung der Justitz und Rettung der Betrangten/ in Sachen/ so ohne das in prima instantia bey Uns angebracht und erörtert werden können / oder / da Wir/ als unmittelbahrer Ober- oder Lehen-Herr / angeruffen werden/ oder sonst andere Umstände halber vor Uns als Römischen Käyser gehörig/ Commissiones zu Verhörung der Sachen allein ausgehen lassen/ so vörderist zu unsern Käyserl. Ausspruch an Unserm Käyserl. Hoff remittirt, und übersendet werden: Als thun Wir unsern Reichs-Hoff-Rath in oben specificirten Fällen/ dergleichen Commissiones hinfüro zu erkennen/ gleichfalls vorbehalten/ doch daß denen Partheyen hierinnen / wider der Sachen Eigenschafft keine summarii noch liberelle Process oder zu kurze dilationes auffgetrungen/ sondern ihnen ihre Nothdurfft/ also wie sie es vor Unserm Reichs-Hoff-Rath selbst thun könnten/ zu handeln vergönnet werde.

XXIV.

Postquam in Judicio hoc Processus decreti sunt, reliquum est, ut Secretarii illos legitima forma expediant. Id verò alia quàm Latina aut Germanica lingua fieri non consuevit *tit. 6. R. H. D. in Princ.* Illæ enim solæ in Judicio hoc in usu sunt, ita ut quæ alia lingua scripta sunt, non recipiantur, nisi fortassis Acta Apellationum, Documenta, Depositiones testium: quæ illa quidem lingua, qua scripta sunt, exhiberi possunt, addita tamen versione Latina vel Germanica *R. H. D. tit. 3. §.* Ferner soll in dergleichen Sachen. Ubi expedita fuerint à Secretariis, Referens, aut ex eruditis Assessoribus aliquis ad eam rem lectus à Præside, relegit, ac quæ videtur, corrigit: quod si sit etiam gravioris momenti negotium, sententiæ, Mandata & Resolutiones sive à Referente sive à Secretario conceptæ sint, in conventu Senatûs perleguntur. Adscribitur deinceps dies, quo lectæ & approbatæ sunt, ut & Referentis nomen, nec quicquam postea mutare licet; tum in Cancellariam describendæ mittuntur *R. H. D. tit. 6. §. 1. & 3.* Post descriptionem

scriptionem à Registratore rectene descripta sint omnia an secus, per-
lustrantur; Inde à Secretario ad Imperii Vice-Cancellarium, (quo-
rum uterque subscribit) demum ad Imperatorem, ut & ipse adscri-
ptione nominis sui robur addat, perferuntur: Sigillum tandem appo-
nitur, ac quidem si Citationes, Mandata, Commissiones, Privile-
gia sint, sigillum minus sufficit. At Majoris usus est, quando con-
ferantur Principum, Baronum, Nobilium, Comitum Palatinorum
tituli. Sigilli hujus Majoris Custos perpetuus est supremus Imperato-
ris Camerarius, der Ober-Cammer-Herr. Id peculiare est, quod
Bullâ Aurâ sola hæc Cancellaria utitur, vid. declarat. imp. anni
1637. §. Vors Eilffte *ibi* bevorab aber die Guldene Bull als des H. Rö-
mischen Reichs ubraltes insigne bey keiner andern als gemeldter Reichs-
Cansley brauchen zu lassen / welches höchstged. Kays. M. Maytt. vor billig
befunden / und wird solches angehörigen Orthen jederzeit in acht genom-
men werden. Et in Comitibus Ratisponensibus anni 1641. idem admo-
netur n. 8. Tandem soluta taxa, literæ hæc Imperiales, iis qui eas de-
siderant, traduntur. Citationes hæc & Mandata deinceps per No-
tarium, qui eâ de re Instrumentum conficit, & testes, insinuantur. Nec
enim necesse est ut id fiat per Nuntios & tabelliones juratos, ut in Cae-
mera, quales in Judicio Aulico nulli sunt; neque requiritur ut Nota-
rius sit in album vel Matriculam Cameræ relatus, sed sufficit esse No-
tarium Sententiæ in Senatu hoc conceptæ, per Secretarium Procura-
toribus aut Residentibus vel Agentibus innotescunt. Solet enim iste
singulis diebus inscriptiones causarum, in quibus latæ sententiæ vel in-
terposita decreta, januæ musæi sui affigere: Unde Residentes & A-
gentes, sui memores officii, describi, ac ex Cancellaria in forma proban-
te edi, & adversario legitimè insinuari curant. Consueverant antehac
causæ graviores, si politicæ considerantes accederent, postquam ad
sententiam usque in Judicio Aulico agitatae fuissent, cum voto, mit et-
nem Gutachten / referri ad Cæsarem: Atque eo casu Cæsar causam in
consilio Secreto, im geheimen Rath / proponebat, in quo non Justitiæ so-
lùm, & Juris, sed & Statûs ratio habetur, an nempe tali vel alio rerum
statu commodum sit ita pronunciare, ac an sine magno Imperii motu
sententia talis executioni mandari possit: Quod si executio difficilis
videretur, vel incommoda alia metuerentur, pronuntiatio sententiæ
conceptæ aliquantisper differebatur, donec commodior exequendi
occae

occasio eveniret, uti in causa Braunschweig contra Braunschweig/das
Stirstenthumb Grubenhagen betreffend/ ac in causa Baden/ contra Ba-
den. Cæteroquin non facile disceditur à voto Senatûs aulici: Rein-
king: *de Regim. Sec. & Eccl. lib. 1. Class. 4. cap. 19. n. 50. edit. post.*
Lymnæus tom. 1. addit. ad lib. 9. cap. 4. in Princ. & in Annot. ad art. 40.
Capit Matthia. Speidel. in Speculo voce Reichs-Hoffrath. Sed Electores
anno 1637. monuerant, ne id deinceps fieret, quibus tum quidē respondit
Imperator, zum vierdten hat ein hochlöbl. Churfürstl. Collegium gebeten/
daß/ was ein Reichs-Hoffrath cum debita causæ cognitione beschlossen
in geheimen Rath ohne vorgehende communication mit dem Reichs-
Hoffrath/nicht solle geendert werden/ da ist hochgedacht Kays. Maytt. oh-
ne daß diß willens / was in puncto Justitiæ cum causæ cognitione ge-
schlossen ist worden/ nichts zu endern/ was aber Ratio Status und andere
Umständ mit sich bringen und erfodern/ darein wollen Ihr Kays. Mayt.
Ihr die freye Hand offen lassen. Est verò ea de re primum aliquid constitu-
tum in Capit. Ferd. III. art. 44. ubi ista leguntur. Was auch einmahl
in gemeldten Unserm Reichs-Hoffrath in contradictorio Judicio cum
debita causæ cognitione ordentlicher Weise gehandelt und geschlossen ist/
dabey soll es allerdingß verbleiben und von niemand anders von neuen in
cognition gezogen / noch dessen execution gehindert werden. Et in po-
strema Capit: Leopoldi expressè definitur, ne negotiis Imperii se immi-
sceat Consilium Secret. art. 42. Wir wollen / ut verba habent, nicht ge-
statt in/ verhängen oder zugeben/ daß Unserß geheimen Raths Collegium
sämpftlich oder sonderlich der Reichs-sachen/welche von den Reichs-Hoffrath
gehörig/sich anmassen/darein sich einmischen oder auff einigerley weise dem
Reichs-Hoffrath eingreifen/ viel weniger mit Befelchen oder Decreten
wodurch die im Reichs-Hoffrath geschlossene Sachen uffgehoben oder irri-
tirt werden/beschwere oder irre: Sed huic videtur Instrumento Pacis surro-
gatum esse consilium Principum, art. 5. §. 20. vers. *Qua processum libe-
rum sit sua Majestati: verba sunt d. l. in causis majoribus, & unde tumultu-
tus in Imperio timeri possunt, insuper etiam quorundam utriusq; Religionis
Electorum & Principum sententias & vota requirere.*

XXV.

Hyppolithi à Lapide ista quoque contra hoc Consilium querela
est, *de Ratione Status part. 2. c. 7. sect. 5. p. 439. Si quis, scribitibi, lata
per Camerales sententia gravatum se esse existimet, superest ei remedium*

Revisio-

Revisionis & Syndicatus, Ordinat. Cam. part. 3. tit. penult. Quorum neutrum Aula Caesaris admittit, Author Inform. Donauvertica part. 1. p. 135. Ast hodie substituto in horum locum Supplicationis remedio, nulla amplius eâ de re conqverendi justa causa est. Instrumento enim *Pacis Casareo Suecico §. 20. vers. Quoad Processum*, constituitur: ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur loco Revisionis in Camera usitata licitum esto parti gravata, à sententia in *Judicio Aulico lata ad Casaream Majestatem supplicare, ut acta judicialia denuo adhibitis aliis gravitati Negotii paribus neutrique partium addictis, ex utraque Religione, aequali numero Consiliariis, & qui concipiende & ferenda priori sententia interfuerunt, aut certè Referentium aut Correferentium partes non sustinuerint, revideantur.* Id remedium nec olim quidem prorsus inusitatum, sed in arbitrio erat Imperatoris illud partibus largiri vel denegare, ut consuluit in causa *Sulda / contra Würzburg / Thomas Merkelbach inter Cons. Kloekii, cons. 82. n. 27.* At per Instrumentum Pacis id partibus absolutè conceditur. Unde illis casibus, quo quis se gravatum sententiâ *Judicii Aulici, ac competere idedò vel nullitatis querelam, vel remedium restitutionis in integrum vel Syndicatus, existimat, illi hujus vice Supplicatione uti licet, in R. S. D. tit. 5. §. Dafern sich nun / adde art. 42. Capit. Leopoldi: ubi hoc remedium Revisionis nomine venit, unde fortassis Autor Comitologiæ part. 5. fol. 366.* Revisionem in Aulâ Imperatoris locum habere existimat; quod si de propriè dicta revisione intellexerit, rectè refutatur ab eo qui nuper anno 1660. notas dedit ad *Rodinghium tit. 61. p. 925.* Nec enim ut *Moguntino* notificetur, nec fatale denunciandi Revisionem, nec ut *Revisores* sint Status Imperii, nec *Sportulæ* requiruntur, *d. l. Rodingh: & diversa sunt remedia hæc etiam Ordinationi Camerali part. 3. tit. 51.* Illud imprimis de Supplicatione queri modo potest, an postquam *Recessu Imperii Ratisponensi anni 1654. definitum, revisione licet petitâ, nihil ominis executioni locum esse §. Nach Berathschlagung des puncti Appellationis, id etiam dicendum videatur de Supplicatione.* *DN. Scutzius Junior in Lectionibus Jurispublici id negandum existimabat, quod Revisionis loco in Judicio Aulico esset Supplicationis remedium.* *DN. Tabor in Dissert. de Execut. Rei Judicata. th. 63. illud aliorum definitioni relinquit.* *DN. Johann. Georgius Nicolai in Processus Judiciarii parte tertia cap. ult. §. 24.* Supplicationi hodie omnino

mninò effectum suspensivum tribuit, propter textus adductos instru-
menti Pacis & Ordinationis Aulicæ. Annotator Anonymus ad *Ro-*
dinghium lib. 3. tit. 61. p. 926. Suspensivum effectum quidem tribuit
eo casu, quò victrix pars dignam fidejussionem non præbuerit tantum re-
stituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si
legitimâ retractatione sententiæ resolvatur; secus si cautio ista præste-
tur, secundum *auth. qua supplicatio. C. de precibus Imperatori offerendis*
cui adde *Novell. 119. cap. 5.* Nobis præ reliquis placet Dn. Nicolai
sententiæ, quod i. textibus Instrumenti Pacis & Ordinat. Aulicæ nul-
libi expressè derogatum sit, ac adeo eis adhuc standum sit *l. 32. C. de ap-*
pellat. l. 27. C. de testamentis & 2. textus ille Instrumenti Pacis appro-
betur potius *Capit. Leopold. art. 42.* Ubi de causis in Iudicio Aulico
decisis dicitur, quod earum executio impediri non debeat, nisi per hoc
remedium, juxta dispositionem Instrumenti pacis. Atque memini-
mus nuper in causa Principis de *Stechtenstein* contra Principem Frisicæ
Orientalis, post supplicationem interpositam, dum causa cognoscere-
tur, interim executionem dilatam fuisse, donec sententiæ condemnatoria
confirmaretur.

XXVI.

Quod si victus supplicationem non interponat, aut ea interposi-
ta iterum causa cadat, per literas executoriales, Iudicium Aulicum,
nomine Cæsaris, ut sententiæ lata, sub comminatione pœnæ, par-
tim victori, partim Fisco solvendæ pareat, victo injungit, idque præ-
scripto tempore, & sine exceptione. Jungitur his citatio ad docendum
de partitione, vel videndum se declarari in pœnam Executorialium,
atque ipsa etiam sententiæ: vid. *Recess. de anno 1654. §. Damit*
auch die ausgesprochenen. 53. ac assignatur, pro ratione loci, ubi vivit, qui
condemnatus est, terminus. Si huic non obtemperaverit, plerumque
tres, interdum, sed rarò, quatuor paritorias præmitti moris est: Illas
arctiores Executoriales sæpè sequuntur, sub pœna dupli vel realis Exe-
cutionis: interdum etiam mox contra eum, qui paritorias contumacia
sua eluserit, commissio ad exequendum, ad Circuli Directorem, vel
Iudicem domicilii, non ad causæ quæ in controversiam præcipuè ve-
nit, expeditionem solùm, sed etiam ad pœnæ commissæ executionem
decernitur; In causis appellationum eadem est ratio, nisi quod post-
quam paritoriis aliquod non paruerit victus, Mandatum Executoriale

E

ad

ad Judicem à quo concipitur, ei que Executio realis faciendâ injungitur, ac præfigitur certum temporis spacium, & additur pœnæ, si negligat, comminatio. Si judex inferior Mandato huic morem non gerat, arctius obtineri consuevit. In causis Italicis hæc ferè usitata est in Aula Cæsareæ Executionis ratio: lata sententia alicui ex Imperii Vasallis, qui victo proximus, mittitur, annexo mandato, ut victo insinuari faciat, terminumque congruum ad parendum præfigat, intra quem, à tempore insinuationis computandum, si non paruerit condemnatus, sententiam, si opus, manu militari exequitur. Dn. Tabor *Disput. de Execut. Rei Judicatae* lib. 48.

XXVII.

Si Imperator fati concedat, Cameræ quidem Imperialis Judicium quod Spiræ est, nihilominus Processus decernit, ac audientias, ut vocant, celebrat. Processus tamen illi non obsignantur nec expediuntur, sed ad Cancellariam Moguntinam remittuntur, ubi tamdiu asservantur, donec Sigillum Dni. Vicariorum, quorum nomine deinceps expediuntur, transmittatur: vid. Rodingh. *Pandect. Cameral. tit. 3. §. 3.* At in Judicio Aulico, defuncto Cæsare, mox acta omnia obsignantur, interea Vicariorum quilibet in locis subjectis judicium peculiare erigit, eorumque Judiciorum acta electo Imperatore novo, ei transmittuntur. Nostrâ ætate, propter belli Turcici metum discedentibus aliò Consiliariis, illud per menses aliquot etiam cessasse novimus, at isto evanescente recepisse pristinum vigorem. Desinimus tandem in quæstione, cui inter Judicia duo hæc, Aulicum & Cameram præcipuus debeatur locus? Parem esse utriusque dignitatem existimat Mindanus in *præf. lib. 1. de Processib.* cui accedere videtur Cancellarius Scutz. de *Statu Rei Romane* vol. 2. *disp. 2. tit. 5. lit. b.* At Meichsner *rom. 4. decis. 4. n. 15.* Camerale Judicium non paulò augustius Aulico esse perhibet. Pro qua sententia fortassis aliquis adduxerit *Ord. Cam. part. 1. tit. 3.* Ubi vocatur das Oberst und letzte Bericht im Reich. R. A. anni 1654. §. Als auch bey den allgemeinen Friedens Tractaten/ubi appellatur Unser höchstes Bericht/ quibus tamen respondet Stamlerus de *Reservatis* §. 36. n. 12. summam illam non comparatione ad Imperatorem sed respectu aliorum Judiciorum inferiorum, quorum querelæ ad Cameram per appellationem deferuntur, explicandam arg. *Ord. Cam. part. 2. tit. 29.* At autor comitiologiæ Ratisbon. *part. 4. Dissert. 9. n. 96. p.*

283. non dubitat primum locum tribuere Judicio Aulico, cui sententiæ favere quoque videtur Wehnerus in *Observ. Pract.* voce *Rothweiltsch Hoff Bericht*/ ubi hæc verba scribit: *Hodie post aulam Caesaris proximus locus Camera & tertius Dicasterio Rothwil. debetur.* Eique adstipulatur quoque Dn. Tabor in *Dissert. de Executione Rei Judicatae* h. 48. quòd Jurisdictio ipsius latior sit Jurisdictione Cameræ. Quid nobis in re controversa videatur, in conflictu explicandi locus erit, non desunt enim rationes, quare scripto sententiam nostram modo explicare nolimus.

COROLLARIA

Exercitii gratiâ adjecta.

I.

Imperii nostri qualis Status sit, dissentiunt Jurispublici Scriptores, quæ nostra Sententia sit, in conflictu requirenti explicabimus,

II.

An volenti fieri possit injuria quærunt aliqui, nos affirmativam tuebimur.

III.

An qui dicit se ignorantem aliquid fecisse, à criminis perpetrati culpa excusatur? N.

IV.

Jus primogenituræ nihil iniqui continet.

V.

Plus laudis habet hostem ingenio, quam armis conficere, ideo Stratagemata rectè etiam defenduntur.

Ad

Ad

Generosum Juvenem

CAJUM RANZOVIUM.

Equitem Holsatum

Juridicè disputaturum.

Macte animo! Juvenis generose, & PRÆSIDE TANTO
Ingenii profer maxima dona tui.
Sed tibi quid tantâ dignum precer indole? nam spes
Votaque, vix quo jam progrediantur, habent.
Quam pedibus carpunt alii; tu corripis alis
Deproperasque Tibi prodromus ipse viam.
Prima tibi doctos mens exardescit in ignes,
Lethéo quos non Evius imbre rapit.
Nulla dies tibi, nec sine fœnore labitur hora.
Nec quæstu punctum temporis omne vacat.
Sic solidæ ratio subducitur integra vitæ,
Dumque ex asse tua est, pars tibi nulla perit,
Prætextata graves vincit sapientia barbas.
Pene puer poteras exhibuisse Virum.
Te variis Natura instruxit dotibus unum;
Quæque noverca aliis, hæc tibi mater erat.
Quas olim laudes GERNANDO maximus Hugo
Scripserat; has aliquis scriberet Hugo Tibi,
Scilicet à puero Delphis nutritus in ipsis
Mente Senex, annis Phœbus ephebus eris.

D. G. MORHOFIUS. D. Pr. ^{f.}

os(o)oo

1017

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Kodak LICENSED PRODUCT

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

EXCELSIOR

SIMO AC SERENISSIMO
 PI AC DOMINO,
 DOMINO
STIANO
BERTO,
 US LUBECENSIS
 TO COADJUTORI,
 DI NORVEGIÆ,
 HOLSATIÆ, STORMA-
 DITHMARSIAE,
 LDENBURG ET DEL-
 HORST &c.

AC DOMINO
 ANTISSIMO

